HUGO DE SANCTO VICTORE
Entstehungsort unbestimmt, 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35481
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift







stitutionis forma pcedit. Nec erecti. nec pstrati. nec inclinatio
ne. nec conuersione ex gestu corpis statum mentis exprimimus. Sed et ipsa in
quibus se operando exercet. et diuinum cultum adornat fidelium deuo
tio. multa et multifaria simili ratione prouisa sunt. ut sint pluri
ma et sacramenta. quatinus fides in eis et materiam exercitationis
et causam recreationis perfectam inueniat. Sic enim fidelis animus dum fo
ris ad uaria sancte exercitationis studia ducitur. magis semper ac magis
intus ex ipsa sua deuotione ad sanctitatem innouatur. et ad hunc modum quid
de intelligendum putamus. quod dictum est. sacramenta propter exercitationem
instituta. De distinctione tum operum et tum operantium. .IIII.

Est igitur triplex causa institutionis sacramentorum omnium humilia
tio. eruditio. et exercitatio hominis. Que cause si non essent sacra
menta omnino. i. sacrorum signa vel instrumenta. elementa per se esse non
possent. Quod enim elementa sunt sacramenta. non natura prima facit. sed apposita
institutio per dispensationem. et gratia infusa per benedictionem. Que
due. si elementa per primam naturam non accepissent. sacramenta proprie esse non
potuissent. Dedit primum natura habilitatem ut hoc esse possent.
adiunxit secunda institutio auctoritatem. ut hoc fierent. super ad
didit tercia benedictio sanctitatem ut hoc essent. Prima facta per creatorem.
secunda proposita per saluatorem. tercia administrata per dispensatorem.
Primum creator per maiestatem uasa formauit. postea saluator per in
stitutionem eadem proposuit. postmodum dispensator per benedictionem
hec ipsa mundauit. et gratia impleuit. et apparet mirabile quia
qui maior fuit. quod minus fuit fecit. et qui minor fuit fecit quod maius fu
it. Plus enim sanctificatio contulit quam creatio. quo in creatione naturam ut essent
acceperunt. in sanctificatione gratiam. ut bona et sancta essent. Si igitur deus creat.